



Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum,
atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus,
excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Tertiam, & Quartam Partem: Quibus, hac nostra editione ab
innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

Praxis Illicitæ Negotiationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98599](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98599)

5 Et propterea inferitur huiusmodi professionem fidei non posse fieri per procuratorem, quamvis contrarium tenuerint Nauarr. dicto consilio 11. numero 2. & P. Ledesma supra 6. difficultate, sed debere fieri personaliter, vt S. Congreg. Concilij censuit, & aduertit additio Nauari ibi, & refert Zerola 2. parte verb. fidei professio, vt in sequenti declaratione super d. c. 12. ibi, facere professionem per se ipsum, & si professionis & fidei, &c.

PRAXIS HOSPITALIS.

RESOLVT. CCIV.

- 1 Hospitale non venit appellatione beneficij.
- 2 Amplia etiam si Episcopi auctoritate sit fundatum, & in eo Missa celebrentur. Et quamuis in titulum beneficij conferantur cum sint ad nutum, amouibilia n. 3.
- 4 Limita quando hospitale confertur in perpetuum id est ad vitam titularis, tunc enim dicitur beneficium Ecclesiasticum numero 5. Quod quomodo procedat citat. numero 4.
- Limita ubi hospitale esset accessorij vnitum beneficio Ecclesiastico.
- 7 Limita quando sumus in materia fauorabili, quia tunc appellatione beneficij venit etiam hospitale, quod secus est quando sumus in penali dispositione.
- 8 Dispositio loquens de quibusvis beneficijs si continet materiam extendibilem puta obuiatiam fraudis comprehendit etiam hospitalia subiecta Episcopo.
- 9 Constitutio de publicandis resignationibus comprehendit etiam hospitalia: reddunt ratio, quia est fauorabilis, & propterea extendenda.

Hospitale an veniat beneficij appellatione.

- 1 Respondi quod non; nam Hospitalia non veniunt sub reservatione extraneantis ad regimen. Feder. de sen. consilio 280. casus talis est Dec. consilio 165. numero secundo vers. sed supradictis Aeneas de Falcon. de referuat. quest. tertia princip. ante final. numero 33. Simonet. eodem tract. questione septima numero primo, & per totam. Silua de beneficijs parte secunda questione 17. numero primo, Gomez. de trien. questione septima in fin. Rebuff. de nominat. questione 15. numero 12. Put. decisione 261. numero 10. libro primo Mohed. decisione 18. de caus. posses. & proppriet. etiam si auctoritate Episcopi sint fundata, & habeant Ecclesiam, & Campanile, & in eo perpetuo Missa celebrentur Mohed. dicta decis. 18. addit. ad Simonet. dicta questione septima numero quinto, & probat tex. in dict. Clement. per literas ibi etiam si Ecclesias, vel cappellas, &c. & quamuis conferantur in titulum beneficij, cum sint ad nutum amouibilia, Rota decis. 3. de regul. in Antiquitate Gom. de except. n. 92. ad fin. & n. 93.
- 2 Declara hanc illationem, & etiam principalem conclusionem, vt non procedat si Hospitale in perpetuum conferatur, id est ad vitam titularis, quod esse non potest, nisi ubi in fundatione ita cautum sit, vel ubi per electionem prouideatur, vt disponitur in dict. Clement. quia contingit S. vt autem, tunc enim dicitur beneficium Ecclesiasticum, & cadit sub reservatione Silua de de benefic. 2. par. q. 11. num. 8. Pauin. de officio, & potest. cap. Sede Vacan. p. 2. q. prima Rebuff. in praxi tit. de deuolut. num. 73. & in tract. de nominat. q. 15. num. 13. vers. primo fallit Gomez. in regul. de trien. quest. septima per totum Mohed. dicta decisione 18.
- 6 Secundo declara vbi cumque hospitale accessorie est vnitum beneficio Ecclesiastico, quia tunc de illo

iudicatur sicut de beneficio Rebuff. post alios in dict. tract. de nominat. questione 15. numero 14. Aegid. decis. 387.

- 7 Tercio notabiliter declara, vt appellatione beneficiorum Ecclesiasticorum non veniant Hospitalia, quando sumus in penali dispositione, & ita intelligitur tex. in dict. Clem. per literas de prabend. ubi Anchar. post alios numero 1. & 5. Felyn. in capitulo de quarta numero 14. de prascript. Dec. consilio 161. sub n. 2. Sylua de beneficijs parte 3. q. 41. secus ubi sumus in materia fauorabili, quia tunc appellatione beneficij venit etiam Hospitale, vt defendit Lopus relatus per Anchar. qui cum sequitur in Clement. dispendiosam numero secundo in 4. not. de iud. cuius etiam opinionem tutiorem dicit ibidem Cardinal. q. 3. in fin. idem Cardin. in Clement. 1. questione septima de sequeltr. posses. latissime Felyn. in d. cap. de quarta numero 15. de prascript. qui putat id defendi posse etiam si in dispositione non addit dictio vniuersalis, quacunque, &c. & in fin. d. numeri decimi quinti subiicit, quod si est aliqua dispositio iuris, vel regulum continens materiam extendibilem puta obuiatiam fraudis, si loquatur de quibusvis beneficijs comprehendit etiam Hospitalia subiecta Episcopo, licet solita gubernari per laicos, & sub numero 16. addit se ita obtinuisse in Causa propria in materia regulaz 24. idem quoque defendit alios citando Paris. consilio 36. numero 15. & 16. libro quarto, & Silua de beneficio. parte prima questione tertia numero 9. cum alijs per Mandos. in reg. 26. questione quinta quibus addo Gambar. de potestat. legat. libro quinto num. 21. & 22. ubi quod in materia fauorabili, vel proportionabili appellatione beneficiorum veniunt Hospitalia. Hinc Rota in Region. Hospital. 13. Novembris 1587. Coram Bubalo tenuit quod constitutio de publicandis resignationibus comprehendat etiam Hospitalia, ea scilicet ratione, quia est fauorabilis, & extendenda Caputaquen. decisio. 36. parte tertia in impressis, est enim edita ad obuiandum fraudibus, vt ex eius praefatione colligitur, quo casu constitutio dicitur fauorabilis, vt late probat. Aym. consil. 118. numero vndecimo, etiam si alias materia ex sui natura esset odiosa. Dec. consilio quinto in fine, & etiam si constitutio esset penalis plenè Gozad. consilio quinto numero sexto vnde in ea beneficij appellatione comprehendendi debet etiam Hospitale, in quo concurrunt fere omnes rationes dictae constitutionis, quod fuit in causa, vt alias Rota apud Caputaq. dict. decisio. 36. exilimauerit illam habere locum etiam in beneficijs iuris patronatus, licet in illis viderentur cessare verba constitutionis sonantia in beneficijs, quae conferuntur, nam putauit satis esse, quod reliquae rationes in ea militarent, prout fere omnes militat in Hospitalibus, nam & in his contrahentes cum Hospitalario post resignationem possent decipi, Hospitalarius in detrimentum animae suae partem illam fructuum, quae ad illum pertinet male perciperet, item ignoraretur vera vacatio Hospitalis, videatur Lopus in tract. de Hospital. quest. 52. & Villadeg. de legat. quest. 9. num. 17.

PRAXIS ILLICITAE NEGOCIATIONIS.

RESOLVT. CCV.

- 1 Clericis lucri causae negociari, & mercaturam facere prohibitum est.
- 2 Bannimenta emanata contra clericos mercaturam exercentes, vel similes species.
- 3 Hodie Illustrissimus Dominus Thesaurarius cognoscit priua-

privatiuè de huiusmodi clericis, & etiam videtur processisse Auditor Camera.

- 4 Clericus illicitè negociatur, cum emit rem, cuius forma non mutata carius venditur.
- 5 Negotiationes, quæ licitæ sunt laicis, clericis prohibite sunt.
- 6 Qui emit possessionem, ut fructus vendat negociator dicitur, & sic omne quod sit lucri causa negotiatio dicitur.

Clericus quando dicatur negociator.

- 1 Clericus lucri causa negociari, & mercatura facere prohibitum esse probat text. in cap. 2. ne clerici, vel monachi in cap. clerici, & capitulo finali de Vita, & honestat. clericorum in capitulo negociatorum, & capitulo fornicari. 88. distin. & in cap. clerici 14. q. 4. & in dictis iuribus communiter notant omnes Canonistæ Diaz. in pract. Criminal. Canon. in verbo negociatores capitulo 55. numero 1. & ibi Ignat. Lopez in additionibus litera A. ubi huius prohibitionis tres affert notabiles rationes Alexandr. de Neuo consilio 60. numero 30. Montemaran. in sua pract. Episcop. capitulo 77. numero primo Redoan. de Spolio quæst. 2. in princip. & numero primo, & seq. ubi huius prohibitionis plures affert rationes, & latius num. 31. & sequentibus. Vbi alia plura iura adducit, & numero 40. in fin. versicul. videtur, & numero 41. & numero 48. versic. subdens, & numero 66. in principio. Et referit idem Redoan. ubi supra dicto numero 44. in fine alias contra clericos negociatores, Advocatos, Procuratores, Medicos, & Chirurgos fuisse 30. Octobris 1586. emanata bannimenta de ordine Cardinalis de Sabellis tunc Vicarij Papæ, ex quibus apparet eo tempore contra huiusmodi clericos negociatores Vicarium Papæ esse Iudicem competentem. Non sic hodie cum vigore facultatum cœcessarum Illustrissimo Domino Thesauroario ipse solus privatiuè; quo ad omnes alios sit competens iudex, licet quandoque etiam viderim Auditorem Camera, contra eosdem clericos de illicita negotiatione inquisitos processisse.

Clericus autem quando dicatur exercere negotiationem illicitam, & prohibitam vide textum in capitulo ejiciens, & in capitulo quid est aliud 88. distinctionem, & in capitulo quicumque 14. quæstion. Quibus iuribus probatur, quod illicita, & prohibita negotiatio clericis dicitur, quando emunt rem aliquam, ut eam postea eiusdem rei forma non mutata carius vendant, per quæ iura hoc idem tradiderunt Antonius de Butr. & alij omnes Canonistæ in capitulo fin. de vita, & honestate Clericorum. Romanus in lege si publicanus §. i. ff. de publ. Alexandr. de Neuo consilio 60. num. 5. Ignat. Lopez in additionibus ad Diaz in pract. crim. canon. capitulo 55. litera A. post versiculum, & huius capitis Montemaran. in sua pract. Episcop. capitulo 77. num. 2. Redoanus de Spolio quæst. 2. num. 38. & num. 39. versiculo Negociari vero, & num. 40. & num. 44. versiculo quia negotiatio.

- Verum, & magis generaliter quando dicatur illicita, & prohibita clericis negotiatio vide Alexandrum de Neuo, dicto consilio 60. numero quarto in fine versiculo tunc tamen, ubi remissiue, post alios, quos allegat Canonistas, & vide rursus text. in capitulo foris de verborum significatione, ubi quod negociare propriè quis dicitur in commercijs, Ioann. de Anan. in capitulo primo columna secunda de rap. Vbi dicit quod illæ negotiationes sunt prohibite clericis, quæ sunt convenientes Laicis tantum Barba. in addit. ad Prax. in lege legatis digest. de lege tertio.
- 6 Vbi dixit, quod qui emit possessiones ut fructus vendat.

Alojs. Ricc. Praxis. Pars III.

dat, dicitur negociator summa Angelica in verbo negocium ubi dicit magis generaliter, quod mercantia, seu negotiatio dicitur omne illud quod sit lucrandi causa, & vide etiam eundem Redoan. dict. quæst. 2. num. trigesimoquinto, & n. quadragesimosecundo ante fin. & num. quadragesimoquarto versiculo, & dicit, & num. 50. quinquagesimoprimum, & quinquagesimosecundo, & num. quinquagesimooctavo, versiculo nec Prælatus.

RESOLVT. CCVI.

- 1 Prohibitum est Clericis secularibus negocijs se immiscere, & quæ pena huiusmodi clericis sit infligenda refertur tex. num. 2.
- 3 Causa charitatis licitum est clericis, vel monachis secularibus se immiscere.
- 4 Clericus Beneficiatus miles secularis effectus beneficium amittit num. 4.
- 5 Clericus in Sacris constitutus, vel beneficiatus, Laico in domo servare, vel eius negocia peragere non potest, & quid si agat unum negocium tantum.
- 7 Item prohibetur quamvis sit officium maioris in domo Principis.

An sub illicita negotiatione veniat lucrum ex officijs secularibus quæsitum.

Clericus sicut fordidus artes negociatorum & mercaturam exercere nequit ut dixi supra, ita nec etiam in secularibus negocijs villo pacto se immiscere potest text. est in capitulo clericis, officia, & in capitulo finali de vita, & honestate clericorum. Vbi Abbas, & ceteri canonistæ in capitulo primo, & in capitulo secundo ne clerici, vel monachi. Vbi pariter Canonistæ in capitulo secundo in nauiganti colum. finali eodem titulo Lodouic. de Rodulphis in tract. de vsur. quæstione 33. Deficit enim isto casu à principio animus lucrandi, qui reddit negotiationem illicitam secundum præallegatos Doctores, & per Nauarr. in Manuali confes. capitulo 25. numero 10. Redoan. in tract. de spolio, quæstione 2. numero 49. in finali, & numero 55. versiculo & ille Ignat. Lopez in addit. ad Diaz in pract. crimin. canon. capitulo 55. in verbo negociatores litera A. post versiculo, & quibus Montemaran. in sua pract. in Episcopo cap. 77. numero 14. Sic, & clericus licitè potest emere, victualia, ut abundet tempore famis, non solum pro vsu suo, sed etiam ut dicto tempore alijs quoque vendere possit pro currenti pretio, quando id faciat non lucri causa, sed charitatis, ut alijs indigentibus subueniat secundum Innocent. & Abbat. in capitulo primo ne clerici vel Monachi, quos sic dicentes, refert, & sequitur Redoan. de Spolio dicta quæstione 2. numero 48. 49. & 50. Vbi etiam facio generalem conclusionem non esse illicitum clerico aliqua superueniente necessitate vendere victualia, pro currenti pretio, quæ prius pro vsu suo, seu alias non animo lucrandi emerat, & numero 56. 57. & 58. ponit quatuor requisita ad hoc ut præmissa conclusio locum habeat.

- 4 Hic est quod clericus beneficiatus effectus miles secularis beneficium amittit secundum gloss. in capitulo finali in verbo redierint de cleric. non resid. & est communis opinio, prout attestatur Imol. in cap. fin. numero sexto de vita, & honestate clericorum. Barbat. consilio vndecimo. colum. final. versic. Præterea facit libro primo. Gigas de Pension. quæstione quinquagesima quinta, numero secundo, quod sic referendo sequitur Clarus in pract. §. final. quæstione 73. numero 6. sub vers. item clericus reddens rationem, quia scilicet eo ipso, quod secularem militiam assumit.

mit videtur clericali militia renunciaſſe, vide quæ de clerico arma portante ſuo loco dixi. Hinc etiam eſt, quod clericus beneficiatus, aut in ſacris conſtitutus non poteſt deſervire alicui laico, in domo, vel extra pro ſuis negocijs peragendis text. eſt in capitulo credo 21. quaſtione tertia, & in capit. Sacerdotibus, ne clerici, vel Monaci, ubi Abb. & alij Canoniſtæ, ultra quos ad illius text. declarationem vide omnino Diaz in præct. crimin. canon. cap. 57. in verbo miniſtri laicorum per totum in diſcurſu. Vbi præſertim, quid de clerico non beneficiato, & in ſacris non conſtituto, & quid ſi agat vnum tantum negocium laici, eſt etiam text. in §. alium autem in auth. de ſacroſanct. Episcop. per quem text. Montemaranus in ſua præct. Episcop. cap. 77. num. 18. dixit, clericos non poſſe exercere officium maioris domus alicuius Principis, quod etiam in ſynodo Provinciali Toletan. dioceſis celebrato de anno 1565. ſtatutum fuſſe ſub certa poena teſtatur Ignat. Lopez in Additionibus ad Diaz dicto cap. 57. littera B. Nunquid autem clericus admiſſus ad aliquod officium ſæculare poſſit à ſæculari iudice puniri dixi alibi in titulo de inquiſitione, quaſt. 8. num. 98.

RESOLVT. CCVII.

- 1 Non ſolum clerici beneficiati, vel in ſacris conſtituti poenas incurrunt, ſed etiam conſtituti tantum in minoribus, & non beneficiati vigore Bullæ Pij IV.
- 2 Clericus non incurrit poenas illicitæ negotiationis, niſi trina monitione monitus.

Clericus negotiator non niſi in ſacris, vel beneficiatus tantum punitur.

Clericus negotiator, & mercator, tunc demum poenas prædictas incurrunt, quando eſt, aut beneficiatus, aut in ſacris ordinibus conſtitutus ſecundum Innoc. Hoſtien. Abb. & alios, quos in propoſito reſert, & ſequitur Redoan. in tract. de ſpolio. quaſt. 2. num. 59. 60. 61. & 62. ubi bonam reddit rationem, & num. 71. 72. & 73. ubi etiam quid de clericis coniugatis, & num. 107. & ſeqq. vſque ad num. 110. ubi tamen quod vigore Bullæ Pij quarti, de qua alias ſupra mentionem feci comprehenduntur in ea etiam clerici ſæculares in minoribus tantum conſtituti, & non beneficiati. Ignat. Lopez in addit. ad Diaz in præct. crimin. canon. in Verbo negotiatores, capitulo 55. littera A. verſ. ex poena idem Diaz ubi ſupra, cap. 57. nu. 1. verſ. quod intelligi, ubi de clerico ſe immiſcente in ſæcularibus negocijs Montemaran. in præct. Episcop. cap. 77. nu. 9. quidquid ſecus poſt alios, quos allegat ſenſiſſe videatur, Alexand. de Neuo, conſil. 6. num. 4.

- 2 Animaduertendum tamen eſt, clericum propter negotiationem, vel mercaturam non incurrere poenas ſupra poſitas, niſi tertio monitus non deſiſſerit ab illicitæ negotiando: ſic enim trinam monitionem requirit text. in cap. final. & ibi notant poſt gloſ. omnes canon. de vita, & honeſt. clericorum. Aduertit etiam Redoan. de ſpolio, quaſt. 2. num. 71. & num. 73. in princip. & ſub verſ. & dicit Innocentius, & num. 74. Vbi quid ſi clericus poenitens à negotiationibus deſiſſat, & dixi alibi de clerico exercente macellum, ſeu tabernam.

RESOLVT. CCVIII.

- 1 Verbum exercere actum multipliciter requirit.
- 2 Opinio Bald. & aliorum quod mercator dicatur etiam, qui vnam exercet mercaturam procedit in laico, & de iure civili, non autem in Clerico, & de iure Canonico.

- 3 Bulla Pij Quarti loquens de illicitè acquiſitis, an comprehendat acquiſita à clerico vna mercatura.

An ex vnica negotiatione Clericus poſſit puniri.

- N**ec Clericus dicitur mercator, aut negotiator, nec propterea poenas prædictas incurrunt ex vnica tantum negotiatione, ſeu mercatura, ſed requiruntur plures, ita quod propriè dicatur mercaturam, & negotiationem exercere cum hoc Verbum exercere actum multipliciter requirit ad text. in l. 1. §. licet, & ibi gloſ. in verbo omne, ff. de tribut. & in procemio inſt. §. cumq; hoc Deo, & in l. ſemper, §. Ditus Adrianus, & in l. ſeq. ff. de iur. immunit. Bart. in rubrica de nauic. lib. 11. idem Bart. in l. legatis ſeruis, ff. de leg. 3. & in procemio, ff. numer. 10. & in l. maritum, §. qui quaſtum, ff. de adult. Felyn. in procem. Gregor. columna fin. in 4. limit. Rebuff. in tract. de mercatur. minu. art. 1. gloſ. 1. num. 10. Redoan. in tract. de ſpolio, quaſt. 2. num. 66. Ignat. Lopez in addit. ad Diaz in præct. crimin. canon. in verbo negociatores, cap. 55. littera A. verſ. & v. huius capituli Montemarian. in præct. Episcop. cap. 77. num. 8. Et licet Baldus in rubric. de conſtit. pecun. in fin. & in procem. digeſtorum, verſic. item fallit in mercatore. Alexand. in d. l. Legatis in princip. ff. de legat. 3. & in addit. ad Bart. in rub. C. de nauic. lib. 11. Corſet. in ſuo repertorio, in verb. mercator; affirmare videantur mercatorem nuncupari eum, qui ſolam vnam negotiationem, ſeu mercaturam facit, pro reſponſione tamen aduerte, prout aduertit Redoan. in loco præallegato, quod hæc vltima opinio poterit procedere in Laico, & de iure Civili, non autem in clericis, & de iure canonico, & ſubdit ibidem Redoan. d. num. 66. ad finem quod vigore Bullæ Pij Quinti, quæ generaliter loquitur de illicitè acquiſitis, veniunt etiam acquiſita ex vnica negotiatione, & mercatura in clerico illicita, & prohibita.

RESOLVT. CCIX.

- 1 Cum deſicit animus lucrandi à principio, quamvis ſequatur lucrum negotiatio illicita non dicitur.
- 2 Clericus ſi ratione charitatis, emeret frumentum tempore famis, vt poſtea vendat alijs pro currenti pretio quamvis lucretur licitè negociabitur.

Clericus an dicatur negotiator vendens frumentum emptum pro vſu proprio.

- N**eque dicitur negotiator, nec mercator, qui vendit frumentum, vinum, aut quid ſimile emptum pro vſu ſuæ domus, & poſtea illud vendat eo quia eo non indiget, ſed ſuperſit, ultra id quo indiget, ſecundum Paul. de Caſtro in l. 2. in princip. ff. ſi certum pet. Anton. de Butrio, & alios in capitul. in Civitate de vſur. Ioan. de Lignan. in cap. final. eodem titul. Abb. in cap. nauiganti col. final. eodem titul. Ludonic. de Rodolphis in tract. de vſur. quaſt. 33. Deficit enim iſto caſu à principio animus lucrandi, qui reddit negotiationem illicitam ſecundum præallegatos Doctores, & per Nauarr. in Manuali confeſſor. capitulo 25. numero decim. Redoan. in tractat. de ſpolio, quaſtione ſecunda num. 49. in fin. & numero 55. verſicul. & ille. Ignat. Lopez in addit. ad Diaz in præct. crimin. canon. cap. 55. in verbo negociatores littera A. poſt verſicul. & quibus Montemaran. in ſua præct. in Episcopo cap. 77. numero 14. Sic & clericus licitè poteſt emere viſtualia, vt abundet tempore famis, non ſolum pro vſu ſuo, ſed etiam vt dicto tempore alijs quoque vendere poſſit pro currenti pretio, quando id faciat non

non lucri causa, sed charitatis, ut alijs indigentibus subueniat secundum Innocent. & Abbat. in capitulo 1. ne clerici vel monachi, quos sic dicentes refert, & sequitur Redoan. de Spolio dicta questione 2. nu. 48. 49. & 50. Vbi etiam facit generalem conclusionem, non esse illicitum clerico aliqua superueniente necessitate vendere victualia, pro currenti pretio, quæ prius pro usu suo, seu alias non animo lucrandi emerat, & num. 56. 57. & 58. ponit quatuor requisita ad hoc ut præmissa conclusio locum habeat.

RESOLVT. CCX.

- 1 Quod clerico ex peccato peruenit restituere tenetur, & in statu damnationis non est si totum non reddiderit. num. 2.
- 4 Omnia quæ peruenierint clerico turpiter, & iniuste Cameræ applicantur, prout ex Bulla Pij Quarti, & ita corruit quod opponeretur num. 3. quæ deberet erogare pauperibus, vel ad alios pios vsus.

De pœna Clerici negociantis.

- 1 Clericus negociator si, ut mox dixi committit negociando peccatum mortale, sequitur quod acquisita ex tali negociatione restituere tenetur, & pauperibus erogare secundum Cardinalem, Zenser. & Imol. in Clementina prima de vita, & honestate clericorum prout illos refert Diaz. in præf. crimin. canon. cap. 55. in verbo negociatorum num. 2. vbi tamen subdit, quod si totum non reddiderit non est in statu damnationis secundum præallegatos Doctores. Summa Ang. in verbo clericus 7. circa fin. Vbi dixit quod clericus indubitanter obligatus est restituere, id, quod percepit ex peccato mortali, si peccatum sit notorium. Hostien. Abbas, & alij in capitulo quia plerique de immunitat. Ecclesiarum dicentes in specie quod exercens illicitas negociationes, vel alias iniuste acquirens tenetur in foro animæ quicquid fuerit inde lucratus in pauperes, vel alios pios vsus erogare. Contrarium quod talis restitutio, seu potius in pauperes erogatio sit de consilio, & non de necessitate, & quod propterea possit clericus acquisita, ex illicita negociatione heredibus relinquere si velit, voluit Innocentius si eius verba bene ponderentur licet pro prima opinione à Doctores allegetur in dict. capit. quia plerique de immunit. Ecclesiæ, & ibi etiam hoc idem dixit Cardinalis Archidia. in capit. qui habetis 14. quæst. 5. idem Abb. in cap. cum sit, extra de iudæis, & est de mente glossæ in cap. fin. de simonia, & in cap. in sum. 14. quæst. 15. & in cap. non est putanda 1. quæst. 1. & in cap. ex transmissa de decimis, eas ponderando prout bene ponderauit Redoan. de spolio quæst. 2. num. 74. & sequentibus, vsque ad num. 81. vbi in hac resider sententia, proponit contraria, & illis respondet. Nec dissentit Diaz vbi supra d. cap. 55. num. 7. & ibi legat. Lopez in addit. litera C. hodie.
- 4 cessat hæc difficultas, quia vigore Bullæ Pij Quarti 23. acquisita ex illicita negociatione; immo vigore dictæ Bullæ non solum applicantur Cameræ acquisita, ex illicita negociatione, sed etiam omnia alia turpiter iniuste, & male à clerico acquisita contra sacros Canones, prout bene ponderauit idem Redoan. dict. quæst. 2. num. 81. & seqq. vsque ad num. 107. & n. 112. vbi etiam bene explicat, & exemplificat, quæ, & quot modis dicantur acquisita, à clericis contra sacros Canones, & dictam Bullam declarat.

RESOLVT. CCXI.

- 1 Differt artificium à Negociatione, quia artificium manibus operando, vel aliter de una forma reduci.

Moyss. Ricc. Praxis. Pars I II.

tur ad aliam, non ita negociatio ut in præced.

- 2 Est opinio aliquorum, quod liceat clerico emere possessionem ad finem vendendi fructus, in quo habetur negociatio, & artificium.

Artificium qualiter à negociatione differat.

- 1 Artificium autem quando dicitur, & in quo differat à negociatione, dic vt supra dixi, quod negociatio propriè dicitur, quando quis emit vnam rem, ut illam non mutata forma, carius vendat; artificium verò quando quis emit aliquam rem, seu materiam, & manibus operando, & per artificium illam, reducit in aliquam formam, ut puta emendo vimina, & faciendo canistra, emendo cartam, & conficiendo libros, emendo trabes, ut conficiat domum, emendo filum, ut faciat retia, aut his similia iuxta text. in cap. nunquam de consecrat. distinct. 5. & in dicto capit. clericus 91. distinct. & in cap. 1. 21. quæst. 1. gloss. in cap. canonum 14. quæst. 4. & notatur per Butr. Abb. Imol. & alios canonistas in cap. fin. de vita, & honest. clericor. & plenè per Redoan. de spolio dict. quæst. 2. num. 6. & 7. & num. 16. & post numer. vigesimum tertium, & num. 36. in fi. 37. & 38. præf. Montemaran. dict. cap. 77. num. 2. & num. 4. 5. & num. 15. in fi. vbi etiam quid si artificium sit mixtum cum aliqua negociatione, ut puta, quando clericus emit possessionem ad fin. vendendi fructus percipiendos ponit Doctores hinc inde contrarios, refidetque in ea, quod sit licitum hoc clericis facere.

RESOLVT. CCXII.

- 1 Non solum per se, sed etiam per alium mercaturam exercere quis prohibetur.
- 2 Clericus mercator Deo placere non potest imò delinquit.
- 3 Bona clerici etiam ex honesta negociatione quæsitæ, tanquam turpi veniunt restituenda.
- 4 Omnia nostra facimus, quibus nostra impartitur auctoritas.

An Clericus possit negociari per interpositam personam.

Sacri Canones prohibuerunt clericis negociari, ne à diuinis officijs cessarent, ut dicit text. in cap. fin. de vita, & honest. probatur etiam in c. 1. & c. prædicator 16. quæst. 1. vbi nemo militans Deo, immisceat se negotijs secularibus, quæ ratio videbatur cessare quoties negociatur per substitutum ab eo, ut videmus in nobilibus, quibus prohibetur mercatura, quam per alium exercere permittitur, ut per Guid. Pap. in dec. 391. & Mysing. cent. 6. obser. 15.

Ceterum supraddictis minimè suffragantibus contrarium in facto consilij motus ex infra dicendis.

- 1 Tum primo, quia hoc prohibitum est clericis tam per se, quam per alium, ut probatur in c. 1. ne clerici vel monachi vbi ex Diuo Chrysostomo clericus mercator Deo placere non potest imò est delictum Frac. March. in decif. 162. n. 4. l. 1. tale enim exercitium vix exerceri potest absque peccato, & mendacio ut in c. in summa 14. q. 4. & text. in c. 1. de emptione, & venditione, quod procederet etiam si negociatio esset honesta Spec. in tit. de vita, & honestate clericorum n. 9. Rosell. in verb. clericus il 2. in princ. & contractus facti per clericum circa negociationem sunt nulli ut latè defendit Imolenf. consil. 16. n. 4. imò acquisita ex negociatione veniunt tanquam ex turpi causa quæsitæ restituenda, Redoan. de Spolijs q. 2. num. 87.

Tum secundo, quia clericus exercendo negociationem per alium, censetur ipse quoque exercere ex regula illa, qui per alium facit per se ipsum facere videtur.

I 4 detur,

detur, cap. qui per alium de regulis iuris, & omnia
4 nostra facimus quibus nostra impartitur autoritas
cap. mulieres de sententia excommunic. & text. in l. 2.
C. de veteri iure enucleando.

RESOLVT. CCXIII.

- 1 Clericus habens tutelam legitimam licitè negociabitur, si id faciat sine habitus dedecore, & ad pupillorum utilitatem.
- 2 Clericus neque tutelam testamentariam, neque datiuam per curiam exercere potest, & qui eam dat peccat.
- 3 Clericus neque volens potest exercere tutelam testamentariam, vel datiuam, etiam si ei aliquid legatum sit.
- 4 Clerici non solum excusantur a tutela, quæ eis defertur tempore clericatus, sed etiam cum volunt monachari, vel clericari.
- 5 Clerici quis non potest, nisi deposita tutela, & redditæ administrationis ratione.
- 6 Ratione pietatis Christianæ, & vt opem ferat suis sanguine conuictis potest clericus legitimæ tutelæ administrationem suscipere.

Clericus tutor, an possit nomine pupillorum suorum, negociationem exercere.

Maxima fuit controuersia apud me ventilata, si clericus tutor possit negociationem exercere nomine pupillorum suorum, in quo articulo fuit oblata declaratio Sacre Congreg. Illustrissimorum Cardinalium tenoris sequen.

- 1 Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum censuit, oratorem si tutelam legitimam, non autem testamentariam, vel datiuam susceperit, posse ex bonis pupillorum iuste negociari absque reatu illicitæ negociationis, dummodo id agat absque ordinis dedecore, & non fordidè; & lucrum, quod ex iusta negociatione peruenerit, non in suam, sed in pupillorum cedat utilitatem.

Cuius sanctissimæ declarationis ratio est, quia licet
2 clericus non possit dari tutor in testamento, neque, per curiam, & dans peccaret, cap. Cyprianus, & ibi glof. 21. qu. 3. cap. peruenit, vbi etiam glof. 86. dist. lege generaliter iuncta authentica sed hodie C. de Episcopis, & clericis vbi Doctores; quod in tantum est
3 verum, vt clericus agens vt tutor datiuus, vel testamentarius potest opponere de nullitate tutelæ Canalic. decif. 19. num. 15. lib. 3. post Ioann. de Deo in doctrina aduoc. lib. 3. c. 10. num. 11. ita quod, nec etiam volens potest suscipere tutelam testamentariam, & datiuam, authent. presbyteros, & ibi Doctores C. de Episcopis, & clericis cap. fin. dist. 86. cap. Cyprianus 21. qu. 3. & procedit, & si clerico sit aliquid legatum cum ista conditione, vt suscipiat tutelam filiorum testatoris, quia eo non obstante poterit legatum consequi, & a tutela se excusare, Alberic. in authent. presbyteros C. de Episcopis, & clericis num. 2. Carocc. in decif. 17. num. 17. & 19. & clerici non solum excusantur a tutela, quæ eis defertur tempore clericatus; verum etiam ab illa, quam iam inceperunt administrare; nam si volunt Clericari, vel Monachari, possunt ab ea se excusare cap. 1. iuncta glof. de obligatis ad ratiocinia Manc. de tutel. quæst. 7. num. 28. Montanus de tutel. cap. 35. num. 199. & non solum clericus non potest esse tutor, vt supra fuit dictum, verum
5 etiam si reperitur esse de præfenti, vel fuisse de præterito tutor, non potest admitti ad clericatum, nisi deposita tutela, & redditæ ratione præteritæ administrationis, c. vnico de obligat. ad ratiocin. vbi omnes scribentes Montan. de tutel. c. 31. reg. 1. n. 199.

Tamen si vult poterit legitimam tutelam subire ad text. in leg. generaliter, & authent. presbyteros C. de

Episcopis, & clericis, & ibidem glof. Aret. consil. 76. num. 3. Viuius decif. 151. n. 7. Graff. in decif. aur. p. 2. lib. 3. c. 2. num. 13. Carocc. decif. 17. n. 20. Tomat. de munerib. in §. seu in sectione incipien. si quispiam nu.
6 10. vbi dicit, quod ad hoc suadetur ratione charitatis; & quod ad Christianum, & religiosum spectet suis sanguine coniunctis opem ferre.

PRAXIS IMMUNITATIS ECCLESIAE.

RESOLVT. CCXIV.

- 1 Statuta contra libertatem Ecclesiæ, sunt quæ indirectè, vel directè contrariantur privilegijs, vel prærogatiuis Ecclesiæ, vel Ecclesiasticarum personarum.
- 2 Statutum est contra libertatem Ecclesiæ quando laici fiunt audaciores, & clerici timidiore.
- 3 Item cum intuitu clericorum aliæ personæ opprimuntur.
- 4 Statutum quod vnus pro alio puniatur est nullum.
- 5 Quando per statutum clerici fiunt deteriores conditionis quam laici, statutum est contra libertatem Ecclesiæ.
- 6 Faciens iniuriam vni Ecclesiæ, vniuersam Dei Ecclesiam offendit.
- 7 Impedire Ecclesiarum edificationem, est contra libertatem Ecclesiasticam.
- 8 Dicitur statutum contra libertatem Ecclesiæ, quando non permittitur quod Ecclesiæ, & personæ Ecclesiasticæ vtantur suis privilegijs.
- 9 Statuta auferentia ea quæ competunt clericis vigore legis generalis, non afficiunt clericos.
- 10 Quando lesio inducit contemptum, modica lesio consideratur, ac si esset magna.
- 11 Statuta contra libertatem Ecclesiasticam sunt cassanda, nec sufficit corrigi in apostilla.
- 12 Episcopus potest esse iudex in causa suæ Ecclesiæ.

Quæ sint statuta contra Ecclesiasticam libertatem.

- 1 Statuta contra libertatem Ecclesiasticam dicuntur, quando directè, siue indirectè sunt contra privilegia, aut prærogatiuas concessas Ecclesijs, & Ecclesiasticis personis, & piæ causæ a Papa, vel a Principibus seculari. Innoc. in c. nouerit, num. 1. & 2. & ibi Abb. num. 2. & Butr. num. 9. de sent. excomm. Imol. in cap. nouit, num. 2. vbi Abb. num. 2. de iudic. Dec. in dict. Ecclesia S. Mariæ, num. 6. Bart. in dict. 1. cunctos, vers. quinto quero, & in authent. Cassa. n. 3. & 5. vbi etiam Salycet. de Sacros. Ecclesijs, idem Bar. conf. 187. Alexand. conf. 209. num. 3. & 14. vol. 2. Barbat. conf. 3. num. 1. & 2. vol. 4. Abb. conf. 63. in princ. p. 1. Socin. conf. 55. volum. 1. Lap. alleg. 92. num. 1. & seq. Anchar. dicto consil. 12. num. 3. & 4. Tolet. in instruct. Sacerdot. libro primo, cap. 37. vers. libertas autem Thulc. tom. 5. præf. conclus. iur. verb. libertas Ecclesiastica, conclus. 342. num. 13.
- 2 Item quando clerici efficiuntur timidiore, & laici audaciores propter talia statuta. 1. §. quæ onerand. & ibi Bart. & Angel. ff. quar. rer. act. glof. in authent. de non alienand. §. vltim. Abbas in dict. cap. nouerit, n. 2. & consil. 83. num. 1. & consil. 88. in princip. par. 1. Bald. in rubr. de constit. num. 3. & Dec. in dict. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ num. 11. Cardin. in cap. perpendimus de sentent. excomm. Marian. Socin. in cap. si clericus, num. 1. vers. 4. quero de foro comp. Bart. in d. l. cunctos, & in d. authent. cassa, vbi etiam Bal. n. 4. Barbat. conf. 23. col. pen. & consil. 34. n. 9. & 11. vol. 3. d. conf. 3. i. vol. 1. num. 1. vers. subdit postea; Matth. de Afflict. in tract. de iure prothomis, §. 9. num. 16. Alba conf. 8. num. 3.
- 3 Item quando propinqui clericorum, siue aliæ personæ eorundem clericorum intuitu opprimuntur. Bart.